 Pentam Artis Sac. Reg. Matt. Varsoviae sit, singulis diebus car-
 nes venum exponere concedit, eosdemq; Laniones sub pretextu
 tu Officij sui contra Iura & libertates. Actorum in contemptum.

Privile:

Nov. 1613

13. p. 13. Litare.

Decretum Tribunalis
1613. N. Capiteus arceat
Kirakow a diuenditione.

13. p. 13. Sexagesimo
1613

1613

Priuilegiarum & Decretorum Sac. Reg. Mat. ac. damnatum. Actum su-
 uet institui, decret. & promulgat, publicari & proclamari. Proceſſu Causa
 presentis Tax. Mille. Marcarum pec. polonicam in se continen. praemissa la-
 tius obloquen. Quam Causam S. R. Mat. in contumaciam Citam post con-
 demnationem in astuto Termino ad Officium vicinioris Capitaneatus
 Castren. Cernen. pro executione facienda remisit. vigore cuius rem. Bie-
 nis Actoribus coram eodem Officio Castren. Cernen. Causam continuant.
 tibus. Iudicium Castrense Capitaneale Cernense in Termino ex Citati-
 one ad hanniendum edit. super Controversias Partium, eo attento quo-
 niam Processus post Curiam Sac. Reg. Mat. atq; in Officio Castren.
 Cernensi obtent. in executionem deuenit. Ideo Citatum suis Ex-
 ceptionibus sero & non in suo Termino uti adiuuenerat, eidemq; in
 Causa procedere decreuerat & motione per Citatum ad Tribunal Re-
 gni Petricouense interposit. denegat. post Curiam Sac. Reg. Mat. ipsi
 admiserat. Tandem in termino ex eadem motione admissa prouenien. S.
 Reg. Mat. in Contumaciam Citati Decretum Iudicij Castrensis Cern-
 nensis approbauerat, eidemq; Citato procedere mandauerat. Et in ulte-
 riori Processu bannitionem super eodem decreuerat. Miniali Regni Ge-
 nerali quocunq; ad publican. eandem, dum Actores Citatum adcitaue-
 rint, addito & deputato. Cui Decreto inharendo Actores, eandem
 Citatum pro publicanda bannitione ad Iudicium Castren. Cernen.
 adcitauerunt, et in Termino ex eadem Citatione prouenien., Iudi-
 cium illud Castrense Cernense ad sequentes Terminos delibera-
 uerat, atq; in Termino conseruato expedienda deliberationis
 Citato procedere decreuerat, et ab eodem Decreto ipsi motione pro Iudi-
 cijs modernis interposita admissa, eandem. Actori Parti ex eo quod ipsi Ci-
 tato praefata motio pro Iudicij modernis est admissa interpositam, post
 Curiam Sac. Reg. Mat. admiserat. In quo Termino ex eadem motio-
 ne Citato admissa, Iudicium praesens Ordinarium Gnale Tribunalis Re-
 gni Petricouen. Sententiam illam Castrensem Cernen. approbauerat.
 et Citate in instanti euadere iuramento quod de toto Processu in ea Cau-
 sa super se obtent. nesciuit & nemini controuertere commiserat. decreuerat
 Tandem ad requisitionem termini Nobilis Stanislaw Zawissa Nuntij
 Citati, eidem dilationem uia infirmitatis ad duas septimanas conceſse-
 rat, termino Partibus in eorum decursu, ad ulterius procedendum con-
 seruato. In Termino itaq; ex eadem conseruatione legitime prouenien-
 ti Partibus utrisq; ex Actoribus uidelicet Famato Joanne Zytkowicz
 & Paulo Wyzelski, suis & totius Centubernij Lantionum neminibus

Citati autem per Nobilem Laurentium Bielaskowski comparem & con-
 truerentem Judicium praesens Ordinarium Tribunalis Regni Gnale Petri-
 ccuiense. Quoniam Citatus juramentum, tam super veram infirmita-
 tem, quam super ignorantiam Processus praestare renuit. Ideo Judicium
 praesens Processum totum Causae huius & perlucra approbat, et quia de-
 claratio Privilegij. Aeterum Decretis Sac. Reg. Mattis, tam cum Ante-
 cessore et Patre Citati, Gnoso olim Bartholomao Zalinski, pro tunc
 Capitaneo Varsaviensi, quam cum moderno Citato, in causa ratione
 eiusdem iniuria facta est, Causaq; hac ad Judicium praesens ex Appel-
 latione devenit. Ideo inhaerendo Iuri communi & Decretis Actorum
 et personali Controuersia Antecessoris praefati Citati per Sac. Reg. Ma-
 statem memorum latam remissionem Causae huius ad Comitum Regni
 Gnalia per Citatum non suo loco, termino, neq; de jure expetitam ampu-
 tat, et Controuersias Partium declarando, libertatem venum exponen-
 darum Carnium qualibet die, sub praesentia Sac. Reg. Mattis et cuius-
 uis de Stirpe Regia, Comitum Regni Gnalium et Nundinarum
 tempore, forensibusq; diebus, alias Wolnice Extraneis Lanionibus Pri-
 uilegio Actorum in Nouam Ciuitatem Varsaviensem translata, atq; ibi-
 dem constituta esse. In Antiqua autem Ciuitate Varsaviae & Sub-
 urbijs eius, omnibus Lanionibus Extraneis venditio et aduectio Car-
 nium eodem Privilegio prohibita atq; vetita, cuius Privilegij Ado-
 res, a data eiusdem in usu constituta constat, ideo eisdem Decretis Sac.
 Reg. Mattis inhaerenti Privilegium Actorum libris Reuisionum, atq;
 Illustrationibus & preuentibus, etiam ad Capitaneatum Varsaviensem nihil
 derogare adinuenit, Actoresq; circa Iura et Privilegia eorum conseruat, et
 Citato pro lucris & perlucris omnibus satisfacere teneri decreuit. Quo-
 niam autem praefatus Nobilis Laurentius Bielaskowski produxit
 coram Officio praesenti Plenipotentiam sibi Actis Castrensi Varsaviensi de
 Actu Sabbatho in crastino S. Prisca Virginis, Anno praesenti per Ci-
 tatum ad Causam hanc specialiter inscriptam. Ideo atq; ex submissione
 eiusdem Plenipotentis inscripti decreuit ut Citatus luita pana Quatuor-
 decem Marcarum Polonicarum Parti & Iudicio in instanti, sub alia simili
 solueni pro taxa in Citatione Actorum posita, lucris perlucrisq; omnibus
 Actoribus ab Actu praesenti in sex septimanis satisfaciat, eisdemq;
 circa Iura & Privilegia eorum conseruet & Laniones omnes extra-
 neos alias Kyaki a venditione carnium in Antiqua Ciuitate Var-
 sauiensi & Suburbij eius iam exnunc arceat & excludat, macellasq;
 & repositoria eorum deponi & deijci, faciat, neq; eis venditionem per-
 mittat

Citati autem

Ideo

Wolnica

Nova Ciuitas B.

Capitaneus non permit-
 tat venditionem Ma-
 cellarum deijciat

mittat, ac nihil in derogationem Privilegij & Juris Aeterum faciat, sub pena bannitionis, qua iam ex nunc super Citato & bonis eius omnibus decernitur, & Ministerialis Regni Gualis quivis ad publicandam eandem bannitionem additur. In defectu autem satisfactionis Decreto presenti & praemissis omnibus in toto et in parte Iudicium praesens conseruat terminum eius bannitionis publicanda in duabus septimanis, post elapsas sex septimanas proximis, coram Iudicio Tribunali Petricouien, Stanislaus Zawadzki Notarius Terrestris Stradicij mpp. Corrixit Krzesimowski.

Locus Sigilli. **Decreti** Serenissimi Sigismundi Tertij Regis, per quod Laniones Antiqua & Nova Ciuitatis Varsauiensis circa Ordinationes & Privilegia ac Decreta conseruati, et inhibita est Lanionibus Noua Ciuitatis Varsauiae, aliisque Extracontubernaliibus permiscua venditio Carnium praeter Feriam Quintam sub pana: Ann. 1615. prolata in serie tali: **Sigismundus Tertius** Dei. 14.

Decretum Sigismundi III. quo inhibita e venditio extraneis praeter Feriam Quintam sub pana 2000. Marcarum.

gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masouiae, Samogitiae, Liouoniaeque, nec non Succorum Gotthorum Vandalorumque Hereditarius Rex. Significamus praesentibus Literis nostris quorum interest vniuersis & singulis. Remissam fuisse ad Nos Iudiciumque Nrum a Magnifico Stanislao Warszycki Supremo Thesaurario Regni, Varsauiensi, Osieccen Kebrinen etc. Capitaneo pro interpretatione Privilegiorum infrascriptorum Causam & Adionem inter Contubernium Lanionum Ciuitatis Antiquae Varsauiae Idlers & Seniores ac Juniores. Magistros Lanionum Contubernij Nova Ciuitatis Varsauiae, ratione deportationis macellorum pro vendendis Carnibus, in suburbio Cracouiensis dicto constitutorum admissi ad diuenden Carnis diuersi generis hominum vagorum assertor Lanion, contra Iura Privilegia et Decreta tam Serenissimorum Antecessorum Regstrorum quam Nostra tum & ratione refusionis damnorum ex eiusmodi diuenditione Carnium subsecutorum, ac litis impensarum, in Processum cum Capitaneis Varsauien agitatum erogati ad duo millia marcarum tatarum. In qua Causa posteaquam Actorea Pars Privilegia sua & aliquot Decreta tam Nostra quam Tribunalis Regni cum praeteritis Capitaneis Varsauiensibus, ratione eiusmodi diuenditionis Carnium lata produxissent, Citati vero eisdem Privilegijs ac Decretis, uti non secum, sed cum Capitaneis Varsauien latis contradixissent, seq; indebite in Jus attractos esse allegassent: praefatus Magnificus Supremus Regni Thesaurarius Capitaneus Varsauiensis, eosdem Laniones Nova Varsauiae ad sui praesentiam, cuius Iurisdictioni Ciuitas Nova Varsauiae subest.

Actores

ac ipsi iure conuerti subsunt, debite in Ius vocatos esse adinuenerat, tandem
 uero pro interpretatione Priuilegiorum ac Decretorum Nostrorum causam ad Nos
 remiserat, prout Causa istius Proceſſus, latius de pramiſſis testatur. In Ter-
 mino itaq; hodierno Iudicii Relationum Nostrarum propriarum ex rece-
 ptione Causae ad Nos per Assesores Iudicij Noſtri facta incidenti & hucusq; »
 continuato Partibus praefatis Aetora Laniones Antiqua Warsauia per Fa-
 matos Franciscum Kancki, Ioannem Raczek & Ioannem Zytkowicz :
 Citata uero Laniones Noua Warsauia per Martinum Depta, Martinum »
 Kmedo alias Kleca Plenipotentes suos coram Nobis comparen, cumq; Termi-
 num attentan. Aetora produxit in primis Priuilegium Serenissimi olim Sigi-
 smundi Augusti Regis & Auunculi Noſtri desideratissimi de data Warsauia
 Die Prima Mensis Nouembris Anno Domini Millesimo Quingentesimo Se-
 xagesimo Sexto: Quo cautum est nemini extraneo licere extra dies celebra-
 tionis fori septimanalis, et tempora Nundinarum ab antiquo obseruata »
 Carnes cuiusuis generis in Ciuitatem Warsauiensem inuehere & uenum
 exponere sub amissione Carnium aduectarum & uenum expositarum. De-
 inde aliud Priuilegium eiusdem Serenissimi Augusti Regis de data Petrico-
 uia in Conuentu Regni Generali Feria Sexta ante Festa Pentecostes An-
 no Domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Septimo per Nos appro-
 batum, quo expresse sancitum est, neq; Laniones Ciuitatis Noua Warsa-
 uia, neq; quosuis Externos Laniones, quicumq; in numerum Contubernii »
 Magistrorum Lanionum Antiqua Warsauia suscepti & adscripti non sunt
 cum carnibus aliis omnibus diebus, in Ciuitatem Antiquam & in eius »
 omnia suburbia, Iurisdictioni Antiqua Warsauia, antiquitus subiacen-
 liberè uenire, aut eas publice uel priuatim, totaliter uel in partes incisas
 uendere posse, exceptis tantum forensibus diebus, singulis septimanis, ui-
 delicet Quinta Feria antiquitus institutis & nundinarum tempore.
 Postea aliquot Decreta Nostra ex solenni Partium controuersia, inter »
 praedictos Laniones Antiqua Warsauia et Inosos olim Bartholomae-
 um eiusq; filium Stanislaum Zalinski pro tunc Capitaneos Warsaui-
 enses, ratione pramiſſae uenditionis Carnium Extraneis Lanioni-
 bus, in memorata Ciuitate Nostra Antiqua Warsauia eiusq; Subur-
 bijs extra dies Forenses septimanales lata, nec non & Decretum Tri-
 bunalis Regni) quibus praedicti Laniones Antiqua Warsauia cir-
 ca eorum Iura ac Priuilegia sunt conseruati, decretumq; est, eandem
 Carnium promiscuam uenditionem, tam ab iis qui Collegio Lanio-
 num Noua Warsauia continentur, quam ab aliis quibuscunq; ho-
 minibus sub praesentia Curiae Nostrae ac Serenissimarum Reginarum
 omniumq;

Iudicij Kelly

Aetores

Cura

Aetores Iura producent

Collegio, non est uen-
 tum uendat.

omniumq; ex sanguine Regio, nec non tempore Conuentuum Gnaliu^m Regni, in Nouatantum Ciuitate, non verò in Antiqua Varsau, extra^m verò presentiam Nostram Curiaq; Nostra ac Serenissimarum Regina^m Reginarum, sanguinisq; Regij, tum et extra Comitia Regni, non nisi in diebus Forensibus septimanatim, singulis videlicet Quintis Ferijs hominibus in Contubernium Lanionum non susceptis, iuxta Priuilegii praefati praescriptum fieri & admitti debere. Quibus sic productis, petebant se circa praefata Jura, Priuilegia, libertates, ac rem iudicatam conseruari, eandemq; venditionem Carnium Citatis interdici, eos ad sublationem & amotionem Macellorum, ac ad refusionem damnorum supra scriptorum compelli, et rem iudicatam super Citatis extendi & exequi. Citati in contrarium Priuilegia Actoru^m Iuri communi deprohibitis Fraternitatibus sancito repugnare respondebant, et Decreta non secum, sed cum Capitaneis Varsauiensibus lata sibi prauidicari non posse, verum cum vno ambitu et circumferentia, Ciues No^{ua} Ciuitatis Varsauien^{sis}, cum Ciuibus Antiqua Varsauiæ contineantur, merito quoq; eosdem se cum Actoribus Iure censerent, & eadem libertate gaudere debere, atq; in continuo usu & possessione libera in Antiqua Ciuitate Varsauien^{sis} venditionis Carnium haectenus extitisse, ac eo nomine Censuræ ac pensiones certas Carnium Capitaneo Varsauiensi praestare, easdemq; pensiones in prouentus Capitaneatus Varsauien^{sis}, relatas esse allegabant, et insuper circa usum et possessionem antiquam ad iuramentum prouocabant; ad Macella verò tollenda, et damna refundenda non teneri contendebant. Nos cum Consiliariis Nostris lateri No^{stro} a Siden^{sis}, auditâ diligenterq; perpensa Partium controuersia, eoq; considerato, quod de praedicta Carnium venditione, inter Laniones praefatos, tam Antiqua quam No^{ua} Varsauiæ Ordinatio Serenissimi olim Sigismundi Augusti Regis Auunculi No^{stri}, & Decreta Nostra, inter eosdem Actores & Capitaneos Varsauien^{sis} ratione praemissorum interceperunt, eaq; differentia per Nos decidisa est. Ideo inherendo Ordinationi praefata Priuilegiisq; eorundem Actorum Lanionum Ant^{iqua} Varsauiæ, per Decreta Nostra ex partium controuersia lata approbatis. Eosdem Actores circa Jura, Ordinationem ac Priuilegia eorum, ac Decreta Nostra conseruandos esse iuduximus, conseruamusq; decreuimusq; prout & decernimus, quatenus iidem Citati No^{ua} Varsauiæ iuxta Priuilegia Actorum, Ordinationem Serenissimi Antecessoris No^{stri} Regis Sigismundi Augusti, ac Decreta Nostra se conseruent, et secundum praescriptum eiusdem

Actores
 circa Jura
 circa Jura
 circa Jura

non videtur expressi
P. 3

Pena Nullata 2000.
Marcarum.

74^{ta} p^{te} Purificationis
1615

Decretum

eiusdem S^{mi} Regis Decretum
libertatis a Foralibus Capitaneis

Ordinationis ac Decretorum Nostrorum cum Capitaneis Varsaviensi-
bus prolatorum se in toto gerant, neq; amplius carnes, exceptis diebus,
Forensibus videlicet Feriis Quintis ac tempore nundinarum, in posterum di-
uendere audeant, sub pena Taxae in Proposone, in Processu Causae coram Capi-
taneo Varsaviensi expressa, videlicet Duorum Millium Marcarum Polo-
nicalium. Porro damna & litis expensas, ad praesens inter Partes utring;
compensamus, praesentis Decreti Nostri vigore. Pro cuius executione remit-
timus Partes praefatas quoad Laniones Noua Varsavia, ad Capitane-
um Varsaviensem, quoad vero Extraneos ad Magistratum Civilem Anti-
qua Varsavia in termino quandocunq; opus fuerit faciendo. In cuius
rei fidem Sigillum Regni Nri praesentibus est appensum Datum Varso-
viae Feria Quarta post Festum Purificationis Beatae Mariae Virginis
pxa Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Decimo Quinto Regno
Nostrorum Polonici vigesimo Octavo, Suetici vero vigesimo Primo. An-
no. Henricus Firley de Dambrowica Vice Cancellarius Regni. Relatio
Rendi Henrici Firley de Dambrowica, Plocen Michouien, ac Sancti
Michaelis in Arce Cracouien Praepositi Regni Poloniae Vice Cancellarij
Ioannes Octavianus Wadawowic. **Decreti** eiusdem Serenif-
simi Sigismundi Tertij Anno 1615. prolati, per quod Laniones Var-
saviensem a Foralibus Capitanealibus Varsa liberati & Magistratus
eiusdem Ciuitatis circa exactionem Pensionis Seui conseruati de
15. tenore sequenti. **Sigismundus Tertius** Dei graa Rex
Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Masouiae Samo-
gitiae Liuentiae &c. nec non Suecorum Gotlorum Vandalorumq; haeredi-
tarius Rex. Significamus praesentibus Literis Nris quorum interest
vniuersis & singulis, Citatum fuisse ad Nos Iudiciumq; Nostrum lite-
ris Citationis Nostrae secunda Magnificum Stanislauum Warszycki The-
saurarium Regni Nostrum Supremum, Varsouien, Kobrinen, Osiecenq; &c. Ca-
pitaneum, ex eodem Capitaneatu et bonis eius omnibus, ad instantiam Fa-
matonum Francisci Kaczki & Alberti Czuch Cechmagistrorum Seniorum ac
totius Contubernij Lanionum Varsouien, cum assistentia Spectabilis Pro-
consulis ac Consulum Ciuitatis praefatae Varsouien, uti Iurium Ciuiliu
Custedum pro eo. Quia ipse tempore certo, nescitur quo iuris praetextu, pri-
uata sua facultate, ausus est per modum pignorationis, seu in vim alicuius
iniusta foralium exactionis, per destinationem & immiessionem Nobilis
Alberti Dragon famuli, nonnullorumq; peditum suorum, macella Actorum
propria, nullisq; pignorationibus subiecta, violento quodam ac temerario
facto aggredientium non obstante renitentia ac reclamatione competenti
Actorum.

one totalium
exactionis

macella nullis pign
rationibus subiecta

Actorum ex eisdem macellis contra immunitates ac consuetudinem antiquam
 frustra carniū, alias Szrothy à quolibet Lanione seorsim per duo frustra præ-
 textu foralium recipere ac extorquere, eaq; in usum suum conuertere, nec ea
 ad requisitionem officiosam restituere, citando eundem ad videndum et au-
 diendum, Ciuitatis & Contubernii immunitatibus et iuribus derogasse
 adinueniri, Actores ab omni exactione Foralium, seu pignoratione quo-
 uis prætextu liberos ac immunes esse debere declarari, ac circa Iura eorum
 et antiquam consuetudinem per Nos & Iudicium Nrum conseruari, in da-
 mnis ad Mille marcas Polonicall taxatis condemnari, et ut in posterum
 a talibus abstineat, panam taxæ interponi, cateraq; iuxta Iuris & Causæ
 existentiam statui et decerni, Citatione præfata de præmissis omnibus la-
 tius testante. In Termino itaq; hodierno Iudicii Relationum Nrarum
 propriarum, ex eadem Citatione & receptione Causæ ad Nos per Assessoris
 Iudicii Nri facta, incidenti & hucusq; continuato, Partibus præfatis, Acto-
 rea Magistratu per Spectabiles Stanislaum Jeleniewicz Proconsulem
 Joannem Giza Consulem, Joannem Raczek, Joannem Litkowicz Se-
 niores Juratos Contubernii Lanionum Varsouien Collegas ac Plenipo-
 tentes suos, Citata vero Magnifico Thesaurario Regni Capitaneo Nro
 Varsouien personalr coram Nobis compareri, eumq; terminum attentan-
 atq; Iura Priuilegia, literas super eadem Foralia Utrinq; producentibus,
 Magistratu quidem Priuilegium Alrini olim Joannis Senioris Ducis,
 Alascuia de Data in Czysko Die Dominico infra Octauas Ascensionis
 Domini, Anno Millesimo Quadringentesimo Decimotertio, quo inter a-
 lias libertates, Ciuibus Varsouiensibus et eorum Successoribus datas, à ma-
 cellis Carnificum, bancis, collarijs, Sutoribus, Pistoribus, Pannicidis, Instito-
 ribus, Mercatoribus, & alijs quibuscunq; mechanicis, et ipsius Ciuitatis, ac
 suarum pertinentiarum hominibus, tam intra quam extra muros existen-
 tibus, omnes & singulos Census, exactiones, contributiones, fructus & pro-
 uentus recipere, tollere & leuare, et pro ipsius utilitate, iuxta eorum discre-
 tionem conuertere concesserat, & dederat. Deinde Priuilegium Serenissi-
 mi Sigismundi Aui & Antecessoris Nostri de Data Petricouia Feria
 Sexta post Festum S. Annæ, Anno Domini Millesimo Quingentesimo
 Quadragesimo Septimo, quo prædictos Ciues tam veteris quam Nouæ
 Ciuitatis Varsouien, præsentis & pro tempore existentes, ab omnibus,
 thelencis, pentalibus, aggeralibus Foralibus, et ab exactionibus a locis,
 in foris annuis in Ciuitatibus & Oppidis Nris dari, & generaliter ab om-
 nibus angariis et datis in Regno Nro ubicunq; pendi solitis, perpetuo li-
 beros fecit, quæ omnia per Serenissimum olim Regem Stephanum Antè-

1413

1547

Libera foraly

ce. Borem Nostrium approbata erant. Deinde Registra sua Ciuilia Pro-
 uentuum ciuiliu omnium, ab Anno Millesimo Quadringentesimo
 Nonagesimo secundo, ad Annum Millesimum Quingentesimum Qua-
 dragesimum Secundum, & subsequentium Annorum, producent, itaq;
 probant, Antecessores suos, respectu omnium onerum, in qua & Foralia
 includuntur, unum lapidem & quatuor libras saui, et grossos viginti tres
 a quolibet macello, iuxta Priuilegia & Registra Ciuilia ab antiquis
 temporibus percepisse & etiamnum percipere et exigere, easq; sibi mere
 competere, Capitaneos vero nunquam in eorum usu fuisse affirmant.
 Idem ex Lanij eadem dicentibus, atq; Priuilegia sua Serenissimi
 Sigismundi Regis, Anni Millesimi Quingentesimi Trigesimi No-
 ni tum et Decretum Palatini & Vicesgerentis, Serenissimi olim Sigis-
 mundi, in toto Ducatu Masouia Anno Millesimo Quingentesimo
 Quadragiesimo, nec non & alia Priuilegia Confirmationum illarum
 Fraternalium, Ordinationum ibidem expressarum, atq; Registra
 Ciuilia & Constitutiones Anni Millesimi Sexcentissimi undeci-
 mi de vagabundis hominibus, Decretaq; similia aliquot aliarum Ci-
 uitatum de foralibus lata, & praesertim Nostrium non ita pridem inter
 Piscatores Varsouienses, et eundem Citatum, ratione praedictorum fo-
 raliu, quo circa Priuilegia praefata, & libertatem ac immunitatem a
 pendent Capitaneo Foralibus, liberi sunt pronuntiati, pferent se quoq;
 circa praedicta Iura Priuilegia, libertates, conseruari postulant. Ex ad-
 uerso Citato Magnifico Thesaurario, Capiteo Varsouien, haec Priuile-
 gia per Actores producta, uti priuata Iuri publico derogare non pos-
 se, eo quod is prouentus, exactionis scapularum alias Lopatek, tam ab
 Aduenis quam a Lanij Ciuitatis Antiqua Varsovia, in vim fora-
 lium, in redditus Capiteatus relatus sit, et Quarta inde Rauam pendat
 tur, agaturq; de diminutione Bonorum Regalium, & Reipublicae, mul-
 tumq; decederet prouentibus Reipublicae, si ea foralia amputarentur
 respondente, eamq; in rem, Reuisionem Anni Millesimi Quingente-
 simi Sexagesimi Quarti, & Sustrationem Anni Sexagesimi Noni-
 tum & quietationes de persoluta quarta parte, tam per Antecessores
 suos, quam per se ipsum ex controuersis foralibus producente. In con-
 trarium Actoribus foralia alias Lopatek, a Lanij Externis, tempo-
 re nundinarum, et aliis statis diebus, Carnes in Noua Ciuitate Var-
 souiensi, unum exponentibus Capitaneo Varsouien competere, a
 se vero uti Ciuibus Priuilegiatis, nulla unquam foralia, per Antecessores
 Citati Capitaneos, exacta fuisse, sed semper Praedecessores suos Crues
 Varssou?

1 lapidem et 4 lb
 et 23

Lanij

Registra

Foralia alias Lopatek
 a Lanij externis

Varssouien, ab eo tempore, quo libri & Regestra Ciuilia in Archiuo,
 Ciuitatis Varssouien, exstant, & de eisdem foralibus testantur, vigore
 Priuilegiorum Serenissimorum Antecessorum Nrorum, in continua
 Possessione, et usu pensionis suprascripta seui, & pecuniaria, loco omni-
 um onerum & foralium, fuisse replicantibus, atq; se circa usum, et ob-
 seruatam consuetudinem ad iuramentum trahentibus. *NOS*.
 cum Consiliarijs Nostri lateri Nro assidentibus, audita di-
 ligenterq; perpensa Partium controuersia, cog; considerato, quod
 Ciuitas & Magistratus Varssouien, adhuc ab Ill^{mo} Joanne Seni-
 ore Duce Masouia concessam sibi facultatem, ab omnibus quibus-
 cunq; Contuberniis & aliis quibuscunq; mechanicis, & ipsius Ci-
 uilitatis, ac suarum pertinentiarum hominibus tam intra quam
 extra muros existentibus, census, exactiones, contributiones, fru-
 ctus & proventus recipien, tollendi, leuandi, ac pro sua utilitate
 iuxta illorum discretionem conuertendi, tum & Priuilegium Sere-
 nissimi olim Sigismundi Aug & Praedecessoris Nostri, quo ab omni-
 bus exactionibus, foralibus, thelonis, pontalibus, aggeralibus, à
 locis in foris annuis, ubiq; in Ciuitatibus et Oppidis Nostri ca-
 ri solitis, liberi sunt pronuntiati, nec non literis Decreta Serenissi-
 morum Antecessorum Nostrorum, eo nomine lata, tum & Reges-
 tra Ciuilia antiqua producunt. *Similiter* quoq; & Lanij, itidem
 Priuilegijs ac Literis suis deducunt, se nunquam Capitaneis fora-
 lia aliqua, verum certam Pensionem, iuxta Regestra Ciuilia Ma-
 gistratui Ciuili Varssouien, percoluisse, & circa usum, ac con-
 suetudinem haetenus obseruatam, ad iuramentum prouocant.
 Ideo decernendum duximus, decernimusq; quatenus Actores, vi-
 delicet Seniores duo ex gremio Contubernii sui in Cancellaria
 Nostra in sex septimanis, a data praetium computan (quem Termi-
 num eisdem Partibus peremptorium praefigimus, assignamus, et
 conseruamus) iuramentum corporale praestent, in eam Iuramen-
 ti rotam, quod nulla unquam foralia Capitaneis Varssouiensibus
 praestiterunt, verum pro omnibus & singulis exactionibus, contri-
 butionibus, fructibus et prouentibus, Magistratui Ciuili Varso-
 uien, Pensionem suprascriptam, iuxta Regestra Ciuilia pende-
 bant & persoluebant semperq; ac continue in usu et possessione
 Priuilegiorum suorum fuerunt, sic eos Deus adiuuet & Sancta Je-
 su Christi passio. Quod Iuramentum posteaquam praedicti Lanij
 praestiterint, extunc praedicti Lanij & Magistratus Ciuilis Var-

Nos

Ciuitas

Lanones

Circumusu,
ad hunc pr
uocantRatione quorum foralium
Lanij Iuramento usque
adiuuenti sunt usque

ssouien, circa literas Jura Priuilegia, Regestra, super eandem exactionem seruien, conseruari debent, eosq; iam ex nunc, circa predicta Jura, Priuilegia, Regestra, super eandem exactionem seruien conseruarius, nec ultra foralia Capitaneo moderno et aliis pro tempore existentibus praestare teneri adinuenimus, praesentis Decreti Nostri vigore. In cuius rei fidem Sigillum Regni Nostri praesentibus est appressum. Datum Varssouia Feria Sexta ante Festum Sancti Bartholomaei Apostoli proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Decimo Quinto Regnorum Nostrorum Polonici Vigesimo Octauo, Suetici vigesimo secundo Anno. Felix Kryski in Drobnin Cancellarius Regni, Locus Sigilli Sensilis, Ioannes Octavianus Waclawowic. **Documenti praestiti** Juramenti in Executionem eiusdem praecedentis Decreti tenor est eiusmodi: **Sigismundus Tertius** Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuania, Russia, Prussia, Masouia, Samogitia, Liuaniaq; &c: nec non Suecorum, Gottorum Vandalorumq; hereditarius Rex. Significamus praesentibus Literis Nostris quorum interest uniuersis & singulis. Quod coram Actis Cancellariae Nostre comparentes personaliter Famati Franciscus Kancki & Ioannes Raczek Seniores Iurati, Contubernii Lanionum Varssouiensium suo ac totius praesati Contubernii nomine, assistentibus sibi nomine Magistratus Varssouien Speetabili Ioanne Giza Consule & Honorato Ioanne Pieglowski Notario Varssouienensi satisfaciendo Decreto Nostro inter praedictum Contubernium Lanionum Varssouiensium & Magnificum Warszeycki Thesaurarium Regni Varssouien Capitaneum occasione exactionis, a carnibus ex macellis Contubernii Lanionum Varssouiensium, foralium non ita pridem lato, flexis ad imaginem Crucifixi genibus, praedicente sibi rotam Juramenti Ministeriali Terrestri Generali Nobili Christophoro Gyzowski iuramentum corporale solenniter die hodierna praestiterunt iuxta rotham in Decreto illo expressam, Attentante hoc idem Juramentum ex parte Citati praesati Capitanei Varssouien Nobili Christophoro Gorzeskoth Burgrabio Capitaneatus Varssouien, Cuius quidem Juramenti praestitionem Nos Actis Cancellariae Nostre inseri et ex eis authenticè extradi mandauimus. In cuius rei fidem Sigillum Regni Nostri praesentibus est appressum. Datum Varssouia Feria Sexta ante Festum Sancti Francisci Confessoris

Documentum praestiti
Juramenti.

proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Decimo Quinto. R. gnorum Nostrorum Polonici vigesimo Octavo, Suetici vigesimo secundo. Felix Kriski in Drobnin Cancellarius Regni. Relatio Illustris & Magnifici Domini Felicis Kriski in Drobnin Poloniae Supremi Regni Cancellarii Prædeccensis Kozelcensis etc. Capitanei.

Decreti SE. 17

Decretum

renissimi Vladislai IV. Regis, Ordinationem intuitu Lanionum Curiensium in se complectentis contextus talis: Vladislai IV. &c. Deuolutam fuisse ad Nos et Iudicium Assessorum Nostrorum partim per viam Appellationis à Sententia Officii Castrensis Varsauiensis interposita, partim ex vi Remissa ab eodem Officio facta Causa et Actionem inter Famatos Seniores et Juniores Magistros Contubernii Lanionum Antiqua Ciuitatis Varsauiæ Actores ab una, et Laniones Extra Contubernales siue Curienses, videlicet Christophorum Jurkiewicz, Bartholomæum Kwiatkiewicz, Laurentium Bakowicz, Paulum Kichowicz, Lepinski aliosq; Citatos ab altera parte: idq; ratione diuenditionis Carnium sub absentia Nra per Citatos in platea longa vocata, extra templum S. Spiritus ac proinde præpeditiois exercitii et Victus Actorum, tum & Priuilegiorum Contubernio Actore Partis seruientium conuulsionis: nec non damnorum ad Mille Marcas inde perpefferum refusionis coram præfato Officio Castrensi Capitaneali Varsauiensi motam et agitatam. In qua quidem Causa & Actione, cum Actores facta sua propositione Citatis diuenditionem eandem Carnium inhiberi, Macellas illorum disijci et in damnis supra taxatis eosdem condemnari postularent. E conuerso Citati vero Laniones Curienses exceptionem fori declinatoriam, ex eo quod sint per Priuilegium ab omni Iurisdictione exempti opponerent seq; ab eodem uti incompetenti liberos pronuntiari efflagitarent. Actores autem denuo replicant Citatis Priuilegium Exemptionis à foro concessum, non nisi sub tempus Residentia Nra suffragari posse allegarent. Officium illud Castrense Capitaneale Varsauiense, post adinuentum forum, Decreta q; procedendi, respondendi et directe respondendi, nec non Appellationes ad Nos & Iudicium Nostrum interpositas non admissas. Quantum Bartholomæum Kwiatkiewicz, et Christophorum Jurkiewicz attinebat. Quoniam Priuilegia ab utring; producerent, quorum cognitio Iudicio suo non competit; Ideo Partes easdem pro cognitione eorundem Priuilegiorum ad Nos & Iudicium Nostrum remiserat. Quantum vero spe-

Secundum Relationum Sui Vladislai IV. Regis respectu Lanionum Curiens.

Actores Contubernales Laniones

Citati Laniones 12

Propos

X

Et ab reliquis Citatis videlicet Lipienski, Bakowicz, Paulum Kuko-
 wicz, qui in supra allegato Priuilegio Curienti non sunt specificati
 competenti Actione adiuuenta, iisdem directe respondere mandaue-
 rat, atq; post directam responsionem, quatenus Citati superscripti in
 Priuilegio non specificati, ab Artificio suo cessarent, & Macellas suas
 in triduo demoliri facerent, sententiauerat, Appellationiq; per utramq;
 Partem ad Nos & Iudicium Nostrum interposita detulerat, Proceſſu
 Causa praesentis de praemissis fusiis testante & obloquente. Quo in
 Termino tam ex Remissione praefata, quam ex Appellatione Ordi-
 naria per utramq; Partem ad Nos & Iudicium Nostrum interposi-
 ta, letime prouenient. Cum Partes supranominatae, Actores per No-
 bilem Stanislaum Zarzynski, Citata uero per Nobilem Joannem
 Rudolphum Trzciniowski Plenipotentes suos, coram Iudicio As-
 sessorum Nostrorum comparerent, et secum Iudicialiter contro-
 uerterent. Iudicium Assessorum Nostrorum Causam eandem
 cum toto illius effectu, ad Nos & Iudicium Relationum Nostrarum
 propriarum remisit. In Termino itaq; hodierno ex eadem Re-
 missa ad praesens letime incidenti et hucusq; continuato. Partibus
 supranominatis Actores nempe Sanionibus Contubernalibus,
 per dictum Nobilem Stanislaum Zarzynski, Citata uero videlicet
 Contubernalibus Curient, per praefatum Joannem Rudolphum Trzci-
 nowski Plenipotentes suos, coram Nobis & Iudiciis Relationum No-
 strarum propriarum comparent, cumq; Terminum attentant et in Con-
 trouersias suas ab utring; Iure mediante descendentes. Nos cum
Consiliariis Lateri Nostris Assidentibus, post Partium Controuersi-
as & disceptationes. Quod attinet Famatos Bartholomaeum Kwiat-
kowicz, & Christophorum Jurkiewicz, Remissa per Officium Ca-
strense Capiteale Warsauiense ad Nos Iudiciumq; Nostrum facta
necessaria adiuuenta, quoad alios Citatos Saniones Curientes, De-
cretum eiusdem Officij Castris Capitealis Warsauiensis tanquam in
Causa cognitionis Priuilegiorum tam Actoribus Sanionibus Con-
tubernalibus, quam aliis Citatis Sanionibus Curient seruientium
qua Nobis duntaxat competit, sicq; ex defectu Iurisdictionis ipso
Iure nullum & irritum, cassandum & annihilandum esse duxi-
mus, prout quidem cassamus & annihilamus. Remissam quoque
a Iudicio Assessorum Nostrorum ad Nos et Iudicium Relationum
Nostrarum propriarum factam necessariam esse adiuuenimus,
 ac utramq; Remissam praetactam expediens, Partibus de Iuribus
 suis

Secretum Iudicij
 Lateris Nostris
 1735

Ex quo Officium Castrense
 Warsauiense in cognitione
 Priuilegiorum Curient
 cassauit

suis ab utring; Jure experiri mandauimus. Experientibus itaq; Parti-
 bus & inter se Judicialiter ab utring; controuertentibus. Et Actorea qui-
 dem in primis Priuilegium Serenissimi olim Sigismundi Augusti. Aui
 Nostri desideratiissimi de Datum Warsauiæ Die Prima Nouembris
 Anno Salutis Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Sexto, quo ex-
 presse nemini Extraneo Lanioni licere, extra dies celebrationis Fo-
 ri Septimanalis, et tempora Nundinarum ab antiquo obseruata,
 Carnes cuiusuis generis in Ciuitatem Warsauien inuehere, et uenum
 exponere, sub amissione Carnium aduectarum et uenum expositand
 cautum est. Deinde aliud Priuilegium Ordinationis eiusdem Se-
 renissimi Sigismundi Augusti Regis Polonia, de Datum Petroco-
 uia in Conuentione Regni Generali, Feriali Sexta ante Festa so-
 lennia Sacri Pentecostes proxima, Anno Virginei Partus Mille-
 simo Quingentesimo Sexagesimo Septimo. Quo itidem expresse
 neq; Lanios Ciuitatis Noua Warsauiæ, neq; quosuis alios externos
 Lanios, quicunq; in numerum Contubernij Magistrorum Lanio-
 num Antiqua Warsauiæ, suscepti & adscripti non fuerint cum
 Carnibus suis cuiuscunq; generis et speciei existant, aliis omnibus
 diebus in Ciuitatem Antiquam, et in eius omnia suburbia Jurisdi-
 ctioni Antiquæ Ciuitatis Warsauien antiquitus subiaccientia, liberè
 venire, aut eas publicè uel priuatim, totaliter uel in partes incisas,
 nemini uendere posse, exceptis tantum forensibus diebus, singulis
 septimanis uidelicet Feriali Quinta antiquitus institutis et Nun-
 dinarum tempore sub pana amissionis Carnium omnium pro
 pauperibus Hospitalis Ciuitatis illius irroganda sancitum est, po-
 stea aliquot Decreta Nostra ex solenni Partium controuersia in-
 ter prædictos Lanios Antiqua Warsauiæ & Gnosos Capitaneos
 Warsauienses ratione permissæ uenditionis Carnium extrane-
 is Lanis in memorata Ciuitate Nostra Antiqua Warsauiæ
 eiusq; Suburbijs, extra dies forenses septimanales lata, nec non et
 Decretum Tribunalis Regni quibus prædicti Laniones Antiquæ
 Warsauiæ circa sua Jura & Priuilegia sunt conseruati, Decretumq;
 est, eandem Carnium promiscuam uenditionem, tam ab iis qui
 Collegio Lanionum Nouæ Warsauiæ continentur, quàm ab aliis
 quibuscunq; hominibus sub præsentia Curia Nostre ac Serenissi-
 mæ Reginae omniumq; ex sanguine Regio, nec non tempore Con-
 uentuum Gnalium Regni in Noua tantum Ciuitate, non uerò
 in Antiqua Warsauiensi, extra uerò præsentiam Nostram Curia-

AB
- X

X

X

aq. Nostra ac Serenissima Regina sanguinisq. Regij, tum et extra Comi-
 tia Regni, non nisi diebus forensibus, septimanalibus, singulis videli-
 cet Quintis Feriis, hominibus in Contubernium Lanionum non susce-
 ptis, iuxta Privilegij praefati praescriptum, fieri & admitti debere decla-
 ratum est. Praeterea Decretum per Serenissimum olim Sigismun-
 dum Tertium, Parentem & Praedecessorem Nostrum desideratissimum
 in Judiciis Relationum propriarum Varavia post Festum Purifica-
 tionis Beatisima Mariae Virginis proxima, Anno Dei hominis
 Millesimo Sexcentesimo Decimo Quinto ratione praemissorum latum
 Jurium Privilegiorum, Decretorum, ac Ordinationis Contubernii La-
 nionum Antiquae Varavia approbatorium, quo; ne Citati Carnes
 exceptis diebus forensibus, ac tempore Nundinarum diuendere au-
 deant, sub pana Taxae videlicet Duorum Millium Marcarum Poloni-
 calium iniunctum est, nouissime Privilegium Contubernio suo per
 Nos Varavia Die vigesima Nona Mensis Aprilis, Anno ab ortu
 solis Iustitiae Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Tertio gratiose
 collatum, itidem omnia Privilegia et Iura Contubernio Lanionum
 Antiquae Varavia seruentia approbatorium et Confirmatorium,
 quo; inter alia Puneta, speciale ac singulare Punetum, ne cuiquam
 qui Aula Nostra Lanio esse censeatur, liceat Varavia in absentia
 Nostra Aulaq. Nostra, post decursum unius septimanae Carnes di-
 uendere, in prauiudicium Privilegiorum eorundem adiunctum est.
 Quod si refractarii aliqui reperti fuerint, Macellas ipsorum demoli-
 en et disticien Officio Castrensi & Magistratui Ciuili ac Contuber-
 nio ipsi plenam potestatem dedimus et concessimus, authenticè re-
 producente, atq. sic productis se circa praefata Iura, Privilegia, liber-
 tates, ac rem iudicatam conseruari, tandemq. venditionem carni-
 um interdici, eos ad sublationem et amotionem Macellorum, ac
 ad refusionem damnorum supra scriptorum compelli, et rem iudica-
 tam super Citatis extendi et exequi petente. In Contrarium Cita-
 tis, Privilegia sua sibi per Nos Varavia Die vigesima sexta, Men-
 sis Septembris, Anno post Christum Natum Millesimo Sexcentesi-
 mo Quadagesimo Quarto. Tum & aliud itidem Varavia Die Octaua
 Decembris Anno Christi Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Quinto
 benigne datum, quibus innixi carnes vendunt et coemunt, variaq. o-
 nera & Contributiones, tam publicas quam Ciuiles sustinent exhiben-
 tibus, seq. circa illud totaliter conseruari. Siquidem Actores priuatas
 suas necessitates procurant, Citati vero i contra, multas iniurias mo-
 lestias

1615

X

D

m 2000

1633.

lestias et tempestates, sequendo Aulam Nostram perferunt, Republica
 toti inseruendo, Aula Nostra aliquando cum damno suo copram suffici-
 entem Carnium suppeditant exposcentibus, & sic à Causa presenti, tan-
 quam incompetenti, ac impetitione Actorum liberos de plano pronuntia-
 ri affectantibus. Nos cum iisdem Consiliariis Lateri Nostrò assidenti-
 bus, Exceptis Partium controuersis, allegationibus & defensis, primò
 ea in Causa deliberaueramus, postmodum expediendo eandem deli-
 berationem. Niam. Quod attinet Bartholomaeum Kwiatkowiez et,
 Christophorum Turkiewicz Saniones Curienses, incompetenti a-
 ctione adiuuentà, eosdem Citatos duos à Causa et impetitione Acto-
 rum, liberos faciendos & pronuntiandos esse duximus, uti quidem
 facimus & pronuntiamus. Quoad uerò alios Citatos Saniones Cu-
 rienses in Processu specificatos, competenti Actione adiuuentà, Cita-
 tis in Causa procedere, deinde ad Puncta Propositionis Actora Par-
 tis respondere, ac tandem directè respondere mandauimus. Cum
 uerò in directa responsione Citati ad anteriores suas controuersi-
 as recurrerent, easdemq; in Processu Causae fuse contentas reitera-
 rent. NOS cum Consiliariis prædictis Lateri Nostrò assiden-
 tibus rursus exceptis Partis utriusq; controuersis, allegationibus, et
 defensis, tum et Priuilegijs ac Iuribus, per Partem utramq; reprodu-
 ctis uisis, iisdemq; mature discussis. Sicut quidem Citati producant
 Priuilegium sibi per Nos gratiose concessum, et Iura deducant, qui-
 bus clarè elicitur quod Saniones Curienses duodecim numero esse
 debeant, quorum sex Curiam Nostram sequi tenentur nihilominus
 tamen quoniam hoc idem Priuilegium sit personale, numerum eo-
 rundem Sanionum Curienstum, duodecim esse debere, et quando-
 cunq; aliquis locus ex dictis duodecim Sanionibus per mortem seu
 alium quemuis casum vacauerit, Nobis duntaxat, nec cuiuis alteri
 competere, alium seu alios specialiter Priuilegio Nostrò praeficere,
 et assignare decernimus. Et quoniam reliqui Citati in Processu spe-
 cificati nullum Priuilegium sibi super eandem uenditionem et em-
 ptionem carniū seruientis producant. Ideo eosdem Saniones su-
 prescriptos, tanquam à Nobis nullum Priuilegium habentes, ea
 in re beneficio uenditionis et emptionis Carnium abiudicamus,
 neue cuiquam ipsorum Artificium Sanionum liceat exercere, inter-
 dicimus & prohibemus, utq; iidem Citati Macellas suas demolian-
 tur et disiciant, sub penis Nostris arbitrariis iniungimus & man-
 damus, atq; ad disiciendas & demoliendas easdem Macellas. Of-

X.

X.

Nos

L. S. S.

ex quo Priuilegium sibi
 pro duodecim Sanionibus
 seruientis carniū

Deo Citati abiudicatur
 a uenditione Carnium
 demoliantur macellae

X — ficiam quoduis competens, (ad quod pro ulteriori executione Partes re-
mittuntur) addimus & deputamus. Caterum occasiones litium omnes
inter eosdem Laniones Contubernales Antiqua Varsavia Aetores
res & Laniones Curienses nunc & pro tempore existen^t, amouendo
in vim perpetua declarationis Nostra decernen^t esse duximus, pro-
ut decernimus. Quod licitum sit iisdem Curiensibus Lanionibus,
duodecim, specialiter in Priuilegijs Nostris de nomine & cognomi-
ne specificatis ac specificandis, sub praesentia Nostra Varsavia
Carnes quandocunq; venum exponere, diuendere, pecora cuius-
uis generis coemere, ac alia qua ad Artificium suum pertinent,
libere exercere, secus vero sub absentia Nostra, ubi iidem Laniones
Curienses ab Artificio et exercitio suo omnino abstinere debebunt,
nisi aliquis Princeps ex sanguine Regio Varsavia resideret, quo ca-
su liberum erit sex Lanionibus Curiensibus, Artificium suum exerce-
re, ac si sub praesentia Nostra. Quotiescunq; Nos vero Varsavia dis-
cedemus, ex praedictis Citatis Lanionibus Curiensibus sex, Curiam
et Aulam Nostram iuxta Priuilegij ipsis seruientis continentiam
et obloquentiam sequi & carceres suppeditare omnino tenebuntur,
eruntq; adstricti. Quia omnia tam Aetores quam Citati omnino ob-
seruare tenebuntur, sub penis in Priuilegijs suis expressis, ac alijs
arbitrarijs; Et his omnibus semper saluis Aetores modernos La-
niones Contubernales, circa Priuilegia omnia supra specificata
et Ordinationem Serenissimi Sigismundi Augusti Aui & Prade-
cesoris Nostris Contubernio ipsorum seruient, uti quoq; Laniones
Curiens Citates circa Ordinationem suo etiam Contubernio ser-
uientem conseruamus et manutinemus Decreto Nostris in id me-
diante. In cuius rei fidem &c; Datum Varsavia Sabbatho infra
Octauas Festi Visitationis Beatissima Mariae Virginis, Anno
Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Septimo Regno
Nostrorum Polonia Decimo Quinto, Suecia vero Decimo Sexto, An-
no. Ad relationem Reumi in Christo Patris Dni Andrea de Leszno
Leszczynski Episcopi Culmensis & Pomesaniae, Praepositi Ploccen
Vice Cancellarii Regni.

CONFIRMATIONIS Serenissi-
mi Ioannis Casimiri Regis Anno Millesimo Sexcentesimo
Quadragesimo Nono concessa, continentis in se Confirmationem
Serenissimi Vladislaj II. Regis, omnium Priuilegiorum ac Decre-
torum; tum Ordinationem a Magistratu Ciuitatis Antiquae Var-
saviae factam. Cuius Confirmationis series sequitur eiusmodi.

Ioannes

Principale
in p[er]petuum

Curiales Varsaviae
sub praesentia Nostra

si fuerit non Varsavia

Conseruantur circa
Lana Pruv. Dec.

Labio m[er]ito Octavas Visitationis
1647

Ioannes Casimirus Dei gratiã Rex Polonia Magnus 18.
 Dux Lithuania, Russia, Prussia, Masouia Samog, Lituonia, Smolen,
 Czerniechouiaq; nec non Suecorum Gotthorum Vandalorumq; heredi-
 tarius Rex. Significamus presentibus Lris Nostri quorum interest
 uniuersis & singulis. Exhibitas Nobis esse literas binas pargamencas
 enas quidem manu Ser^m olim d: m: Vladislaj Quarti Regis & Fratris Nri
 desideratissimi subscrãs Sigilloq; Regni munitas, sanas saluas & illa-
 sas, omniq; suspicionis notã carentes, continen in se Confirmationem
 certorum Articulorum, bonum ordinem et regimen Contubernij Lan-
 onum Ciuitatis. Antiqua Varauia concernen. Supplicatumq; Nobis
 nne Fam Gregorii Woycik, Simonis Lablocki et Jacobi Kigmach pro
 tunc Seniorum & Cech magistrorum dicti Contubernij, ut easdem li-
 teras authte Nra Regiã approbare et confirmare dignaremur. Qua-
 rum Lvarum tenor de verbo ad verbum sequitur talis. Vladislaus
 Quartus Dei gratiã Rex Polonia Magnus Dux Lithuania Russiã,
 Prussia, Masouia, Samog, Lituoniaq; nec non Suec: Gotth: Vandalq;
 hrius Rex, Electus Magnus Dux Moschouia. Significamus præ-
 sen Lris Nostri quorum interest uniuersis et singulis. Quid quam-
 uis augustissima inaugurationis Nostre tempore, in proximè præ-
 terito Conuentu Gnali Regni per Nos peracta, solenni iure iurando
 et Diplomate publico edito, omnium Regni Nri Ordinum, singulo-
 rum etiam platis Nra hominum, publica, priuata Iura et Priuilegia
 a quibuscunq; Maioribus & Prædecessoribus Nris concessa & edita
 seruatuos, Nos ratã firmaq; habituros esse confirmauerimus, ob
 eamq; causam Priuilegia eorum suum pondus habitura esse videan-
 tur. Tamen cum nonnulli Consiliarii Nostri, nne & pro parte
 Andrea Matak Cechmagri, Stanislai Raczek & Joannis Suchodol-
 ski Seniorum Contubernii Lanionum Ciuit. Ant. Var. Regis sup-
 plicassent, et omnia eorum Iura Priuilegia, Decreta, Plebiscita, lau-
 da Constitutiones, libertates, immunitates prerogatiuas, consuetu-
 dines, quibus hucusq; vsi sunt, præsertim verò eas quæ coram Nobis
 exhibitæ fuerunt, lras certorum Priuilegiorum. Primas quidem à
 Serenissimo Sigismundo Augusto Prædecessore Nro, fundatione
 Contubernii seu Fraternitatis eorundem Lanionum in se continen
 in Anno Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Sexto, cum subscri-
 ptione Magci Valentini Dembinski Regni Cancellarii, atq; appensi-
 one Sigilli Regni datas & concessas. Alteras Ser^m olim Dni Pa-
 rentis Nostri desideratimã manu subscrãs & Sigillo Regni mu-

— x.

